

IVSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA QVARTA
MISCELLANEA
POSTVMA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

cIc. Ic. vii.

Cum Privilegiis Cesareo & duorum Regum.

ILL^{MO} ET REV^{MO}
D. IOANNI ANDREAE
PROCHNICO
EPISCOPO CAMENECensi, &c.

Magni animi & virtutis viro,

CENTVRIAM hancce LIPSIANAM,

Iussus dedicat consecratꝝ

IOANNES WOVERIVS Antuerpiensis.

 I amicitiam , quæ interte , ILL^{ME} DOMINE , & immortalis memoriæ IUSTVM LIPSIVM fuit , eiūsque principium , progressum , insuper & fructus mecum examino ; illud sanè occurrit , mutuam vtriusque pectoris caritatem , in angustum nimis humanæ vitæ momentum incidisse . Imò

I V S T I L I P S I
E P I S T O L A R V M
S E L E C T A R V M
C E N T V R I A IV. M I S C E L L A N E A

P O S T V M A.

E P I S T O L A I.

L L I P S I V S M A X A E M. V R I E N D T I O S. D.



ARMEN iam alterum à te habeo
mi Vriendti, prius de me (in ijs de
Cruce) alterum ad me, quod recen-
ter nunc & amanter mittis. Vtrum-
que mihi à se gratum . quidni à te
scriptum , homine elegantiæ & do-
ctrinæ veteris, & qui, cum Lucretio
— *Musæo continguis cuncta lepore?*
sed & ab argumento ea grata , quia
aut æstimationem mei habent , aut
amorem . Hoc postremum eximiè , & mittis etiam velut para-
rium amicitiæ inter nos conciliandæ . Ah mi Vriendti, quām se-
rò , & quām pēnè frustrà ! Nam nolo errcs , ego te à primo illo
gusto amavi , & certus sum idem mihi à te factum . Conspiratio
quædam inter nos est (palam video) non studiorum tantum , sed
animorum & iudiciorum . Itaque amicitia ipsa iam fuit , sed te-
ctior : reseranda est & in claram lucem mittenda , te nunc in-
uitante . Fiat cum bono Deo , & Fidium illum inuoco (siue San-
cum à sanciendo vocari placet) me sanctæ & veræ Amicitiæ le-
ges tecum culturum , quamdiu in terris his colam . O multa in

A ijs tri-

IVSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA QVINTA
MISCELLANEA
POSTVMA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

cIc. Ic. vii.

Cum Privilgiis Cesareo & duorum Regum.

ILLVSTR^{MÆ} STIRPIS,
EXCELLENT^{MÆ} INDOLIS
THOMÆ SAMOSCIO
MAGNI IOH. F.
VETERIS AC NOVI SAMOSCI DOMINO,
PRINCIPI IVVENTVTIS.

POST VMAE huius, & ultimæ LIPSIANARVM
Epistolarum Centuriæ, ILL^{MI} nominis tui
gloriâ prætexere, THOMA PRINCEPS, non
tam nostri instituti, quâm defuncti Au-
ctoris quasi est mandati. Si enim non tan-
tum quæ istis in paginis plurimis locis de
Heroicæ virtutis P A T R E tuo scripsit, le-
gimus; sed magis quæ sœpè, imò semper

I V S T I L I P S I
E P I S T O L A R V M
S E L E C T A R V M
C E N T V R I A V . M I S C E L L A N E A ,
P O S T V M A .

E P I S T O L A I .

I. L I P S I V S I O A N N I S A M O S C I O , magno Regni
Poloniæ Cancellario, & Exercituum Praefecto.



L L^{MI} D O M I N E , Deum ego te-
stem capio interioris meæ volunta-
tis , quâm sæpè adspirauerim ad te
scribere , & cultum promere quem
virtutibus tuis debitum , in isto
velut Vestali secreto clausum ser-
uabam . Adspicabam ; sed occasio
numquam fuit , aut rima aperta
per quam erumperet : nunc vide-
tur factum , & Simonides atque
Hilchenius tui , manum præbent , & præcunt ut veniam &
me sistam . Ego facio : scis quo modo Vir maxime ? vt si vel ad
Regem aliquem magnum venirem , tui verens reuerensque ,
& mixto affectu amans . Profectò in omni genere virtutes tuæ ,
in bello , in pace , parem hoc saeculo , imò & superiore : parem ? i
vix similem habuerunt , & libero ore ac puro iudicio prosi-
temur . O Stephanum regem magnum ! sed & magno te adiu-
tore & administro : qui alter heros , benè coniunctus cum
heröe illo eras . Fructus Europa vidit , audiuit , & tui etiam nunc
sentiunt : & tu gloriam peperisti , quam edax illud tempus non
absuinet . Quam gloriam , mihi crede , illustrat & auget varia &

A a

remo-

A N T V E R P I A E,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

clo. Icc. vii.

